



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

§.1. De homine in genere, ejus creatione, redemptione.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. 1. Sicut fuit Jonas in ventre ceti 3. diebus & 3. noctibus: sic erit filius hominis in corde terra 3. diebus & 3. noctibus. Matth. 12. In corde, h. e. interioribus terræ, secundum corpus in sepulchro, secundum animam in limbo 3. diebus non integris, sed primi diei ultimâ parte, & tertii primâ, cum toto secundo intermedio. Credo videre bona Domini in terra viventium. Ps. 73. Rorate celi desuper, & nubes pluant justum. Aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Is. 45. Deus Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terra. Ps. 73. In globo vel mappa geographicâ apparet circiter in medio terræ esse Jerusalem, ubi Christus nos redemit.

## CAPUT SECUNDUM.

*Homines, & qua circa eos tūm in genere, tūm circa varias eorum aetas, sexus qualitates, status, conditiones, professiones, &c. mentem in Deum elevare, & salubria ingerere documenta possunt.*

§. 16

*De hominē in genere, ejus creatione, redēptione.*

*F*aciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gen. 1. Unam ei scilicet naturam cum tribus potentiis memoria, intellectu &

88      *Pars secunda de elevatione*  
& voluntate indendo. *Quid est homo, quod me*  
*mor es ejus ant filius hominis? quoniam visitau*  
*eum, minorasti eum paulò minus ab Angelis, glo*  
*ria & honore coronasti eum, & constitueristi eum*  
*super opera manuum tuarum.* Ps. 8. *Quod ho*  
*mo quoad animam ad imaginem Dei cum An*  
*gelis conditus, quoad corpus similis sit bestiis,*  
*per hoc paulò minus ab Angelis minoratus est.*  
*Quod autem verbum divinum humanæ naturæ*  
*junctum homines redemierit, & Angelis pec*  
*cantibus pro æternitate tota cælum occlusum*  
*maneat. Per hoc elevata est natura humana*  
*præ Angelica, & quam pauci in praxi ostendunt*  
*humanæ generis ita exaltati excellentiam se ag*  
*noscere? dum & proximos maximè inferioris*  
*se conditionis [ qui tamen æquè bene pretioso*  
*Christi sanguine redempti sunt, & ipsis quoad*  
*gratiam coram Deo in hoc mundo sæpè superio*  
*res sunt; & quoad gloriam in æternum supe*  
*riores erunt] præ fastu fastidiunt; & canes ma*  
*gis honorant quam homines, seque ipsos per*  
*voluptates bestiis communes, aut etiam dete*  
*riores inhonorant. Verè homo, cum in honore*  
*esset, non intellexit. Comparatus est jumentis in*  
*sipientibus, & similis factus est illis.* Ps. 48. *Imò*  
*deterior, multi superbunt ceris majorum. Eth*  
*nici varii volebant à Diis & Deabus profapiam*  
*suam deducere. Christiani varii nobiles fu*  
*cum conantur facere; quod ab antiquis Ro*  
*manis, Scipionibus, Brutis, Fabiis, & nescio*  
*quibus descendant. Vanitas vanitatum hono*  
*rem debitum exhibeo pervetusæ stirpi, maximè*

si pios maiores & patriæ defensores numeret.  
Fastum euum, si virtutem & animos majoribus  
tuis similes non habeas, exsibilo, ratione cor-  
poris es bestiis simile animal. Parentes tui ad  
hoc efformandum, & fortè non Pater, qui tuus  
esse dicitur, sed subulcus communicāunt teste  
S. Bern. sperma fœdandum. Quod ratione ani-  
mæ sis animal rationale, per hoc vetustissimam  
stirpe à Deo habes. Qui sicut Gen. 1. creavit  
animam Adæ ex nihilo sui & subjecti, ita &  
tuam. Dignos ergo & generosos inde spiri-  
tus, quod quoad animam à Deo immediate ve-  
niens genus Dei teste Apostolo & ejus imago sis,  
& quod, cum hæc per peccatum Adæ defor-  
mata sit, per Baptismi lavacrum mediantibus  
meritis & sanguine JESU Christi pristino denuo  
nitoris restituta sit; quodque hunc in finem ver-  
bum caro factum sit. Fortitudo Christi te creavit,  
infirmitas Christi te recreavit, fortitudo Christi  
fecit; ut, quod non erat, esset, infirmitas Christi fecit,  
ut, quod erat, non periret. Aug. Tr. 13. in Joan.

### Sublectio secunda.

#### *De variis circa hominem controversiis.*

##### *Primo.*

#### *De libertate hominis ad bonum & ad malum à Deo non necessitati.*

**S**I Deus ad bonum necessitat, cur Eccl. 31. lau-  
datur, qui potuit transgredi, & non est transgres-  
sus, & facere mala & non fecit. Si præscientia Dei  
cogit ad peccatum, quomodo Ol. 3. dicitur: Per-  
ditio